

2. Quodcunque inferius est, simile est ejus quod est superius. Per hoc acquiruntur & perficiuntur mirabilia operis unius rei.
3. Quemadmodum etiam omnia ex uno fiunt per considerationem unius: Ita omnia ex uno hoc facta sunt per conjunctionem.
4. Pater ejus est Sol, mater Luna, ventus in utero gestavit, nutrix ejus est terra.
5. Mater omnis perfectionis.
6. Potentia ejus perfecta est, si mutatur in terram.
7. Terram ab igne separato, subtile & tenue a grosso & crasso, & quidem prudenter cum modestiâ ac sapientia.
8. In hoc à terra ascendit, in cœlum hoc à terra, & à cœlo rursus in terram descendit, & potentiam ac efficaciam superiorum & inferiorum recipit, hoc modo acquies gloriam totius mundi propulsabis igitur tenebras omnes & cæcitatem.
9. Hæc enim fortitudo omni alii fortitudine ac potentia palmam præripit: omnia namque subtilia & crassa duraque penetrare ac subigere potest.
10. Hoc mundus hic conditus est.
11. Et hinc conjunctiones ejus mirabiles, & effectus mirandi; cum hæc via sit, per quam hæc mira efficiantur.
12. Et propter hoc Hermetis Trismegisti nomine me appellarunt: cum habeam partes tres Sapientia & Philophia universi mundi.
13. Consumatum est verbum meum, quod dixi de opere solari.

VER-